



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres


Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

SS. Patrvm Et Scriptorvm Concordia sub Papis Sæculi II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

SCRIPTORES infidelium floruerunt hoc ævo: Luvius, Ovidius, Plutarchus, Lucanus, Probus, Iuuenalis, Quintilianus, Philo Iudæus, Iosephus.



SS. PATRVM ET SCRIPTORVM CONCORDIA sub Papis Sæculi II.

S. MATTHÆVS è teloniò vocatus ad Discipulatum, *anno* 31. eligitur ad Apostolatam *an.* 32. Cerintho autem contra S. Petram murmur excitante, quod Gentibus euangelizasset, viso Linteo iussus; & Apostolorum instante dispersione, hi *an.* 41. Matthæo negotium dederunt, vt Euangelium conscriberet. Quod S. Bartholomæus descriptum contulit secum ad Indos: S. Barnabas vero circumtulit idem, ac demum secum in sepulchrum iussit inferri.

S. MARCVS, vnus euntium retro ab Domino, *ioan.* 6. per S. Petrum reductus, ei comes fuit eunti Romam, *anno* 44. Hic postquam Romanam instituit Ecclesiam, sic, vt qui Catholicus, idè & Romanus diceretur; inque renunciata Antiochena sibi S. Euodius surregasset: Marcum misit Alexandriam; iussu prius, quod ab se prædicatum audisset Euangelium, compendio literis mandare: græcaque scriptum confirmavit.

S. LVCAS, *anno* 51. comes adhæret Paulo ferenti nomen IESV coram Gentibus. Id temporis quòd Romæ Iudæi

tumultum in Christianos efferret, Claudio vtrosque ex Vrbe pellente; Petrus cognita per reuelationem contentione Antiochenâ, contra Paulum eam concitante Cerintho; quod necessaria ad salutem esset Circumcisio; Ierosolytam pergens, Concilium de legalibus celebrat, cum Paulo, Ioanne, Iacobo, Barnaba, Senioribus & presbyteris. Vbi Iudaizantibus damnatis, Paulus centum prehensibilem Petrum; non quod errasset in vllam fidei regulam committendo; seu Marcionitæ, Valentini, Porphyriusque calumniabantur: nec quod simulate egisset; gentilizare namque licebat Petro; Sed propter conueniens illud, quod Petro, (qui Antiochie libere cum gentibus Christianis commiserat) iam tum Ierosolytis quatuordecim, in cibo, gentes Christianas ad iudaizandum mouisse videretur.

Haud longe post Lucas Pauli iussu, ob Genealogistas, in Achaia conscribit Euangelium, *anno* 58. Acta Apostolorum finiuit *an.* 61. vitam duxit cœlestem annis 84. Medicus & pictor egregius, Christi & Sanctissimæ Matris eius, Petri ac Pauli imagines ad viuum expressas reliquit. Ex suspenso ad oliuam in Achaia oleum medicinale manauit. Eius S. reliquias ex Achaia transtulit Constantinopolim Constantinus Imp. *anno* 358. Claras miraculis.

S. IOANNES Virgo ad Apostolatam vocatur *anno* 31. Baptizat cum Petro discipulos Christi; eligiturque cum cæteris *anno* 32. Cum Petro mittitur ad confirmandos Samaritanos *an.* 35. Cum B. Virgine, in Apostolorum distributione,

tendit

tendit in Asiam minorem anno 44. In oleo bulliente illæsus Romæ, ab Domitiano in Pathmum relegatus prædicavit anno 92. & Apocalypsim scripsit ibidem anno 94. Demum ab Nerua exilio absolutus redit Ephesum anno 99. Scribitque contra hæreticos Euangelium & Epistolas, in clutus miraculis.

S. PAVLVS, vita, miraculis, scriptisque Epistolis vir omnino diuinus ecclesias fundauit, & orbem illustrauit.

S. Petrus, Iacobus, Iudas Ecclesiam quoque Epistolis informarunt.

S. DIONYSIVS anno 52. à S. Paulo conuersus, à Clemente Papa, cum Rustico & Eleutherio in Galliam missus scripsit de cœlesti Hierarchia, deque diuinis nominibus &c.

S. IGNATIVS, S. Ioannis discipulus epistolas reliquit, præcis dictas Promptuarium Diuinarum Traditionum.

Idem Antiochiæ primus choris æternis canere docuit, cum Angelos eodem ritu SS. Trinitatem laudantes audisset, anno 93.

S. LINVS Papa scripsit epistolas de martyrio SS. Petri ac Pauli anno 70.

S. Clemens Papa cōscripsit Cōstitutiones Apostolicas, & epistolas, Canones Apostolorum, Liturgiam, Libros recognitionum.

S. POLYCARPVS Episcopus & Martyr scripsit ad Philppenses.

S. MARTIALIS S. Petri discipulus epistolam dedit ad Burdegalenses.

PRESBYTERI Achaïæ perscripserunt Acta S. Andree quo um præcipuus Papias Episcopus Hierosol.

DOGMATA SÆCVLI

I. Nouatoribus contraria. Exempli gratia.

I. *De Sacrificio Missæ* scripsit Liturgiam S. Iacobus Ierololymitanus, qua Orientales vtuntur: Item composuit aliam S. Clemens l. 8. Const. c. 16. 17, quam Concil. Constantinop. c. 31. recepit, & S. Marcialis eam commendat, S. Andree vox est apud Presbyteros Achaïæ: *Ego Sacrificio Deo vero, non carnes vitulorum, seu Agni immaculati in altari.*

II. *Veritatem Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia* confitetur S. Ignatius ep. ad Smyrn. S. Dionys. in Eccl. Hierar. c. 3. S. Marcialis.

III. *Orationem pro defunctis* habet S. Iacobus in Liturgia, S. Clemens l. 8. Const. c. 41. S. Dionys. in Eccl. Hierarchia passim.

Vndè dogma de Purgatorio confirmatur.

IV. *Inuocationem Sanctorum præsertim Angelicam Salutationem*, S. Iacobus intulit in Liturgiam.

V. *Virginum institutum* commendat S. Ignatius ad Antiochenos, Tarfenses, & Heronem.

VI. *Monasticen* laudat S. Dionysius in Eccl. Hierarchia.

VII. *Ceremonias* præscribit S. Clemens lib. Const. S. Dionys. in Eccl. Hierar. ab Apostolis introductas.

VIII. *Crucis signum* commendat S.

b 2 Dio-